

Edition Open Sources

Sources 8

Stefan Paul Trzeciok:

1. Kapitel des 4. Traktats des 3. Teils
DOI: 10.34663/9783945561102-42



In: Stefan Paul Trzeciok: *Alvarus Thomas und sein Liber de triplici motu : Band II: Bearbeiteter Text und Faksimile*

Online version at <https://edition-open-sources.org/sources/8/>

ISBN 978-3-945561-10-2, DOI 10.34663/9783945561102-00

First published 2016 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence. <https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/>

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at <http://dnb.d-nb.de>

De motu alterationis.

vt patet ex dialecticis. Resolutio huius argumenti habetur ex prima & secunda conclusionibus huius capituli. ¶ Ad primam confirmationem patet responsio ex tertia conclusione cum suo correlario. ¶ Ad secundam confirmationem nego sequela, & ad probationem dico: qd semper illud corpus erit maius in aliqua portione rationali vel irrationali: & cum tu quis i qua portione maius efficitur. Respondeo qd non solum in isto casu verberat in infinitis non posset ingenium finitum illud discutere propter varietatem portionum inter partes. ¶ Ad tertiam confirmationem concedo sequela secundum hanc positionem primam: & nego falsitatem consequentis: et ad probationem nego sequela: et ad probationem nego qd illud acquirat infinitas portiones equales. Proportio enim dupla respectu prius non est dupla respectu totius.

Ad quartam rationem respondeo concedendo sequela et negando falsitatem consequentis: et ad punctum probationis dico qd illud quod perdit omnes species proportionis supparticularis infinitam proportionem deperdit: et per consequens vni signate infinitas equales vt optime probat argumentum.

Ad quintam rationem respondet noua conclusio. ¶ Ad confirmationem respondeo negando sequela: & ad probationem concedo antecedens, et nego consequentiam. Non est enim eadem ratio quando hora diuidit proportionem duplam in illo casu: & quando maior: vt patet ex tertio capite secundum tractatum. ¶ Ad secundam confirmationem nego sequela et quum querit proportionem acquirere, dico qd aut illa est incomprehensibilis: aut a nobis nequaquam reperibilis.

Ad sextam rationem respondeo negando sequela: & ad probationem nego consequentiam. Et quia argumentum querit modum cognoscendi quam proportionem acquirat totum quando pars aliquota acquirat aliquam proportionem qd semper respectu totius minor est quam respectu partis: ideo dico qd in proposito ad illud cognoscendum recurrendum est ad primam partem capituli septimo. ¶ Ad confirmationem respondeo negando sequela: vt bene probat argumentum esse negandam et ad probationem nego consequentiam.

Ad septimam rationem responsum est ibi vsq; ad vltimam replicam: ad quam respondeo: concedendo illatum: et negando ipsum ipsum esse falsum.

Ad octauam rationem responsum est ibi vsq; ad replicam: ad quam respondeo: concedendo illud quod inducit & negando falsitatem consequentis: & ad punctum probationis nego hanc consequentiam. Hoc incipit in infinitum tarde acquirere de quantitate: ergo non incipit infinite velociter acquirere de quantitate. ¶ Ad confirmationem respondeo concedendo illatum: vt bene probat argumentum.

Ad nonam rationem concedo sequela et nego falsitatem consequentis: et nego qd ex illo sequatur illud corpus infinitam quantitatem acquirere nec argumentum intendens illud probare habet magnam apparentiam ex dictis. ¶ Et hec de tertio tractatu.

Finis tertii tractatus.

Sequitur tractatus quartus in quo agitur de motu alterationis.

¶ Capitulum primum in quo disputatiue inquiritur penes quid motus alterationis velocitas attendi habeat.

Consummatis documentis cognoscende velocitatis motus ad locum et ad magnitudinem iam huius operis complemeu doctrinam inuestigande atq; mensurande velocitatis motus ad qualitatem exposulatur in qua inquisitione disputatiue pcedere intendo.

Queritur ergo primo nunquid motus alterationis velocitatem penes multitudinem graduum qualitatis mediante tali motu pducte metiri oporteat. Et arguitur primo qd non quia si motus alterationis velocitas est mensuranda penes multitudinem graduum qualitatis tunc sequetur qd si a, calidius alteraret passum pedale per totum in hora vniiformiter ad gradum quartum caliditatis et b, calidius in eodem tpe alteraret bipedale per totum ad eundem quartum gradum caliditatis a, et b, in illa hora eque velociter alterarent illa possa sed prius est falsum igitur illud ex quo sequitur. Sequela probat qd tot gradus caliditatis adequate pducit a, sicut b, in eodem tpe qd tam in tenfam caliditatem pducit a, sicut b, in illa hora adequate igitur eque velociter a, et b, alterant sua passia in illa hora. Probatur consequentia qd penes illud velocitatis alterationis, vt inquis, attendi habeat iam arguitur falsitas prius qd tunc sequitur qd a, agens alteraret bipedale in duabus horis adequate et b, alteraret bipedale in hora adequate et ad eundem gradum & tamen a, eque velociter adequate alteraret suum bipedale sicut b, sed consequens est manifeste falsum igitur illud ex quo sequitur. Sequela probat qd po no qd completa hora in qua a, alterat vnum pedale ad gradum vi, 4, per totum & b, ad eundem gradum caliditatis vix alterabit bipedale apporime ipsi a, vnu aliud pedale quod in sequenti hora alteret ad gradum vi, 4, adequate per totum b, nichil vterius alterate. Quo posito sic arguuntur a, in tpe illarum duarum horarum alterat bipedale ad gradum vi, 4, adequate per totum & b, in vna hora alterat bipedale ad eundem gradum per totum a, & b, alterat eque velociter per totum: igitur sequitur illatum probatur tamen minor qd a, in prima hora eque velociter alterat suum passum sicut b, vt concedis: et in secunda eque velociter alterat sicut in prima vt constat igitur in tpe illarum duarum horarum eque velociter alterat a, suum bipedale sicut b, alterat suum in prima illarum per prius eque velociter alterat a, sicut b, adequate. ¶ Dices forte negando sequela Et ratio est qd velocitas motus alterationis non debet attendi penes qualitatem siue multitudinem graduum qualitatis pducte in eodem tpe absolute: sed in ordine ad subiectum quod alteratur ita qd quanto subiectum fuerit maius ratio, velocitas alterationis erit maior ceteris paribus. Sed contra qd tunc sequetur qd si a, alterat pduceret in prima parte proportionali vnius hore portione dupla diuise vni gradum caliditatis in prima parte proportionali vnius pedalis & in secunda pduceret etiam vnum gradum in secunda parte proportionali eiusdem pedalis & in tertia vnu alterum in tertia & sic consequenter b, vero in qualibet parte proportionali hore pduceret tantam formam entitatis & intensiue potum tamen vni pedale extensam quantum in eadem parte hore producit a, in parte proportionali pedalis quod alterat, b,

Dicitur:

ut patet ex dialecticis. Resolutio huius argumenti habetur ex prima et secunda conclusionibus huius capituli. ¶ Ad primam confirmationem patet responsio ex tertia conclusione cum suo correlario. ¶ Ad secundam confirmationem nego sequelam, et ad probationem dico, quod semper illud corpus erit maius in aliqua proportionem rationali vel irrationali, et cum tu quaeris, in qua proportione maius efficitur, respondeo, quod non solum in isto casu, verum etiam in infinitis non posset ingenium finitum illud discutere propter varietatem proportionum inter partes. ¶ Ad tertiam confirmationem concedo sequelam secundum hanc positionem primam, et nego falsitatem consequentis, et ad probationem nego sequelam, et ad probationem nego, quod illud acquirat infinitas proportionem aequales. Proportio enim dupla respectu partis non est dupla respectu totius.

Ad quartam rationem respondeo concedendo sequelam et negando falsitatem consequentis, et ad punctum probationis dico, quod illud, quod perdit omnes species proportionis superparticularis, infinitam proportionem deperdit, et per consequens uni signatae infinitas aequales, ut optime probat argumentum.

Ad quintam rationem respondet nova conclusio. ¶ Ad confirmationem respondeo negando sequelam, et ad probationem concedo antecedens, et nego consequentiam. Non est enim eadem ratio, quando hora dividitur proportionem dupla in illo casu, et quando maiori, ut patet ex tertio capite secundi tractatus. ¶ Ad secundam confirmationem nego sequelam, et cum quaeritur proportio acquisita, dico, quod aut illa est incommensurabilis aut a nobis nequaquam reperibilis.

Ad sextam rationem respondeo negando sequelam, et ad probationem nego consequentiam. Et quia argumentum quaerit modum cognoscendi, quam proportionem acquirat totum, quando pars aliquota acquirat aliquam proportionem, quae semper respectu totius minor est quam respectu partis, ideo dico, quod in proposito ad illud cognoscendum recurrendum est ad primam partem capituli septimo. ¶ Ad confirmationem respondeo negando sequelam, ut bene probat argumentum, eam esse negandam, et ad probationem nego consequentiam.

Ad septimam rationem responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo condendo, concedendo illatum et negando ipsum ipsum esse falsum.

Ad octavam rationem responsum est ibi usque ad replicam, ad quam respondeo, concedendo illud, quod inducit, et negando falsitatem consequentis, et ad punctum probationis nego hanc consequentiam. Hoc incipit in infinitum tarde acquirere de quantitate, ergo non incipit infinite velociter acquirere de quantitate. ¶ Ad confirmationem respondeo concedendo illatum, ut bene probat argumentum.

Ad nonam ratio[n]em concedo sequelam et nego falsitatem consequentis et nego, quod ex illo sequitur illud corpus infinitam quantitatem acquirere, nec argumentum intendens illud probare habet magnam apparentiam, ut ex dictis patet. ¶ Et haec de tertio tractatu.

Finis tertii tractatus. |

Sequitur tractatus quartus, in quo agitur de motu alterationis.

1. Kapitel des 4. Traktats des 3. Teils

Capitulum primum, in quo disputative inquiritur, penes quid motus alterationis velocitas attendi habeat

Consummatis documentis cognoscendae velocitatis motus ad locum et ad magnitudinem iam huius operis complementu doctrinam investigandae atque mensurandae velocitatis motus ad qualitatem expostulat, in qua inquisitione disputative procedere intendo.

Quaeritur ergo primo, numquid motus alterationis velocitatem penes multitudinem graduum qualitatis mediante tali motu productae metiri oporteat. Et arguitur primo, quod non, quia si motus alterationis velocitas esset mensuranda penes multitudinem graduum qualitatis et cetera, sequeretur, quod si A calidum alteraret passum pedale per totum in hora uniformiter ad gradum quartum caliditatis, et B calidum in eodem tempore alteraret bipedale per totum ad eundem quartum gradum caliditatis, A et B in illa hora aequae velociter alterarent illa passum, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quia tot gradus caliditatis adaequate producit A sicut B in eodem tempore, quia tam intensam caliditatem producit A sicut B in illa hora adaequate, igitur aequae velociter A et B alterant sua passum in illa hora. Patet consequentia, quia penes illud velocitas alterationis, ut inquis, attendi habeat, iam arguitur falsitas consequentis, quia tunc sequitur, quod A agens alteraret bipedale in duabus horis adaequate, et B alteraret bipedale in hora adaequate et ad eundem gradum, et tamen A aequae velociter adaequate alteraret suum bipedale sicut B, sed consequens est manifeste falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur: et pono, quod completa hora in qua A alteravit unum pedale ad gradum ut 4 per totum, et B ad eundem gradum caliditatis videlicet alterabit bipedale, approximetur ipsi A unum aliud pedale, quod in sequenti hora alteret ad gradum ut 4 adaequate per totum, B nihil ulterius alterante. Quo posito sic argumentor: A in tempore illarum duarum horarum alterat bipedale ad gradum ut 4 adaequate per totum, et B in una hora alterat bipedale ad eundem gradum per totum, et A et B alterant aequae velociter per te, igitur sequitur illatum. Probatur tamen minor, quia A in prima hora aequae velociter alterat suum passum sicut B – ut concedis – et in secunda aequae velociter alterat sicut in prima, ut constat, igitur in tempore illarum duarum horarum aequae velociter alterat A suum bipedale sicut B alterat suum in prima illarum, per consequens aequae velociter alterat A sicut B adaequate. ¶ Dices forte negando sequelam. Et ratio est, quia velocitas motus alterationis non debet attendi penes qualitatem sive multitudinem graduum qualitatis productae in eodem tempore absolutae, sed in ordine ad subiectum, quod alteratur, ita quod quanto subiectum fuerit maius, tanto velocitas alterationis erit maior ceteris paribus. Sed contra, quia tunc sequeretur, quod – si A alterans produceret in prima parte proportionali unius horae proportionem dupla divisae unum gradum caliditatis in prima parte proportionali unius pedalis et in secunda produceret etiam unum gradum in secunda parte proportionali eiusdem pedalis et in tertia unum alterum in tertia et sic consequenter, B vero in qualibet parte proportionali horae produceret tantam formam entitative et intensive, per totum tamen unum pedale extensam, quantum in eadem parte horae producit A in parte proportionali pedalis, quod alterat – B

234

Quarti Tractatus

Capitulum primum

in infinitum velocius alteraret suum pedale quod a. si consequens est falsum igitur illud ex quo sequitur. Sequela probatur quia in eodem tempore et in equali subiecto in infinitum plures gradus caliditatis producit b. quod a. per alterationem ergo in infinitum velocius alterat b. suum passum quod a. quod fuit inducendum. Jam probatur falsitas consequentis quia equaliter omnino de forma caliditatis producit b. sicut a. in eodem tempore ut patet ex casu igitur eque velociter omnino alterat b. suum passum sicut a. et per consequens non in infinitum velocius quod est oppositum. Probatur contra quia velocitas motus universaliter attenditur habet penes effectum productum saltem ubi aliquid per motum producit. Si ergo illa solutio esset bona sequeretur quod ab equalibus proportionibus alterantibus ad sua alterabilia inaequales velocitates alterationis provenirent: si consequens est manifeste falsum igitur illud ex quo sequitur. Sequela probatur et volo quod a. alteret unum pedale in hora ad gradum vi. 4. et b. equale ipsi a. in eadem alteret unum bipedale in eadem hora ad eundem gradum vi. 4. semper intelligitur per totum. Quod posito manifestum est per te quod b. in duplo velocius alterat suum passum quod a. quod suum passum est in duplo maius et proportio ipsius a. ad suum passum et b. ad suum passum sunt equales igitur ab equalibus proportionibus alterantibus ad sua alterabilia inaequales velocitates alterationis provenirent quod fuit probandum. Probatur minor quia si proportio b. ad suum passum esset maior quod a. ad suum passum tunc sequeretur quod intensio caliditatis produceret b. in suum passum quod a. si hoc est falsum ut patet ex casu igitur illud ex quo sequitur. Ideo dices aliter et melius sicut dicendum est ad argumentum negando sequela et ad probationem dices quod velocitas motus alterationis non debet attendi simpliciter penes multitudinem graduum intensiois ipsius qualitatis que mediante tali motu alterationis producitur sed penes multitudinem graduum ipsius forme siue in magno subiecto producat siue in parvo. Manifestum enim est quod cum aliquid calidum uniformiter rarum acquirat per totum unum gradum caliditatis intensiois in duplo plus de forma acquirat illud totum calidum quod una eius medietas sicut dictum est superius quod in densitate uniforme in duplo plus est de materia quod in sua medietate.nolo igitur dicere quod sicut in densitate signatur gradus entitatis materie penes quorum multitudinem densitas attenditur ita in proportione dico velocitatem alterationis attendi debere penes multitudinem qualitatis in eodem tempore producte nullo pacto considerando intensioem aut subiectum. Sed contra hoc sic arguitur quod tunc sequeretur quod si a. alterans in prima quarta unius horae producit unum gradum caliditatis intensiois et entitatis per totum et in secunda quarta tantum et in tertia tantum et in quarta similiter tantum b. vero in primo pedali unius quadrupedalis produceret similiter unum gradum caliditatis entitatis et intensiois in prima quarta horae in secunda quarta in secundo pedali tantum produceret et in tertia in tertio pedali et in quarta in quarto pedali tantum gradum produceret tunc sequeretur quod eque velociter in illa hora b. alteraret quadrupedale sicut a. pedale si consequens est falsum igitur illud ex quo sequitur. Sequela patet facile ex solutione quod tantum de caliditate entitatis producit b. sicut a. adequate falsitas consequentis arguitur quod alteratio ipsius a. qua vix alterat suum passum est velocius alteratione ipsius b. ergo non eque velociter in illa hora b. alterat quadrupedale sicut a. pedale. Consequenter patet et arguitur a. quod intensio qua a. intendit pedale est velocius alteratione ipsius b. et in sensu qua a. intendit pedale est alteratio qua a. al-

terat pedale: ergo alteratio qua a. alterat pedale est velocius alteratione ipsius b. qua vix alterat quadrupedale. Consequenter patet cum minore. Hic enim ut superpono. alteratio et intensio distinguuntur. et maior probatur: quia intensio qua a. intendit pedale est velocius intensioe qua b. intendit quadrupedale et omnino intensio qua b. intendit quadrupedale est alteratio qua b. alterat quadrupedale igitur intensio qua a. intendit pedale est velocius alteratione qua b. alterat quadrupedale. Et sic patet maior. Quod dices et bene concedendo sequela et negando consequens esse falsum et ad punctum probationis nego hanc consequentiam intensio qua a. intendit pedale est velocius alteratione ipsius b. et intensio qua a. intendit pedale est alteratio qua a. alterat pedale et alteratio qua a. alterat pedale est velocius alteratione ipsius b. Arguitur enim in quatuor terminis. debet ei scilicet fieri et aliter quod a. aliter pedale est velocius intensio qua alteratio ipsius b. Vel aliter respondendo ad materiam argumenti potest secure dicere motum intensiois non esse comparabile motui alterationis et velocitatem et traditare prior tamen solutio magis patet. Contra quod tunc sequeretur quod velocius alteraret eandem resistentiam unum pedale uniformiter calidum ut quatuor quod unum aliud pedale infinite calidum uniformiter siue aliqua contrarium admixtione: si consequens videtur manifeste falsum: igitur illud ex quo sequitur falsitas consequens relinquitur nota et arguitur sequela et pono quod in uno pedali quod sit a. in alio bet parte proportionali inducatur. 4. gradus caliditatis non tamen per totum sed in parte proportionali ipsius a. corrumpente parti proportionali ipsius ipso a. et tempore proportionem dupla dimittis pono tamen quod in ea proportionem quoniam pars proportionalis est minor altera minus in tali parte entitatis inducat de caliditate per tamen vi. 4. item siue in altero vero pedali puta b. in qualibet parte proportionali ipsius inducatur per totum b. medietas caliditatis intensiois et entitatis que in tali parte ipsius introducit in aliqua parte proportionali ipsius a. Quod posito alteret a. et b. consimilem resistentiam et sequitur quod a. velocius alterabit eandem resistentiam quod b. et tamen b. est infinite calidum uniformiter siue contrarium admixtione: ut superpono: et a. uniformiter calidum vi. 4. igitur proportionem. Minor facile patet ex casu et minor probatur quia a. est in duplo maioris pone quod b. igitur in duplo velocius alterat eandem resistentiam quod b. Consequenter patet et arguitur a. h. in duplo magis de forma eiusdem speciei quod b. igitur a. est in duplo maioris pone quod b. Secundo principalem arguitur sic. Si pars affirmativa questionis est vera sequitur quod quilibet alterans finitum alterans certam resistentiam infinite formam entitatis in quantum locum tempore produceret si consequens est manifeste falsum igitur illud ex quo sequitur. Probatur a. quod quilibet alterans certam resistentiam infinite velocius adequate agit in quantum locum tempore igitur quodlibet alterans finitum certam alterans resistentiam infinite formam entitatis in quantum locum tempore producit. Probatur a. quod si non deest illud et sit a. calidum uniforme per totum in forma entitatis quod alterat b. passum certe resistentie per horam. Et arguitur sic a. infinite velocius agit in illa hora adequate alterando b. passum igitur propositum. Probatur antecedens et volo quod a. tangat b. passum et dividatur ipsum a. per partes proportionales proportionem dupla minoribus visus b. passum terminat et arguitur sic: prima pars proportionalis ipsius a. aliquid agit in hora adequate in b. passum et secunda tantum vel magis et tertia tantum vel magis quod secunda et sic consequenter et sunt infinite: ergo sequitur quod infinite est actio in illa hora adequate. Consequenter patet

Dicitur.

in infinitum velocius alteraret suum pedale quam A, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quia in eodem tempore et in aequali subiecto in infinitum plures gradus caliditatis producit B quam A per alterationem, ergo in infinitum velocius alterat B suum passum quam A, quod fuit inducendum. Iam probatur falsitas consequentis, quia aequaliter omnino de forma caliditatis producit B sicut A in eodem tempore, ut patet ex casu, igitur aequavelociter omnino alterat B suum passum sicut A, et per consequens non in infinitum velocius, quod est oppositum consequentis. Patet consequentia, quia velocitas motus universaliter attendi habet penes effectum productum, saltem ubi aliquid per motum producitur. ¶ Item si illa solutio esset bona, sequeretur, quod ab aequalib[us] proportionibus alterantium ad sua alterabilia inaequales velocitates alterationis provenirent, sed consequens est manifeste falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur: et volo, quod A alteret unum pedale in hora ad gradum ut 4, et B aequale ipsi A in activitate alteret unum bipedale in eadem hora ad eundem gradum ut 4, semper intelligo per totum. Quo posito manifestum est per te, quod B in duplo velocius alterat suum passum quam A, quia suum passum est in duplo maius, et proportio ipsius A ad suum passum et B ad suum passum sunt aequales, igitur ab aequalibus proportionibus alterantium ad sua alterabilia inaequales velocitates alterationis proveniunt. Quod fuit probandum. Probatur minor, quia si proportio B ad suum passum esset maior quam proportio A ad suum passum, tunc sequeretur, quod intensiorem caliditatem produceret B in suum passum quam A, sed hoc est falsum, ut patet ex casu, igitur illud, ex quo sequitur. ¶ Ideo dices aliter et melius, sicut dicendum est ad argumentum, negando sequelam, et ad probationem dices, quod velocitas motus alterationis non debet attendi simpliciter penes multitudinem graduum intensiois ipsius qualitatis, quae mediante tali motu alterationis producit, sed penes multitudinem graduum ipsius formae sive in magno subiecto producat sive in parvo. Manifestum enim est, quod cum aliquod calidum uniformiter rarum acquirit per totum unum gradum caliditatis, intensive in duplo plus de forma acquirit illud totum calidum quam una eius medietas, sicut dictum est superius, quod in denso finite uniforme in duplo plus est de materia quam in sua medietate. Volo igitur dicere, quod sicut in denso signantur gradus entitatis materiae, penes quorum multitudinem densitas attenditur, ita in proposito dico velocitatem alterationis attendi debere penes multitudinem qualitatis in eodem tempore productae nullo pacto considerando intensionem aut subiectum. Sed contra hoc sic arguitur, quia tunc sequeretur, quod si A alterans in prima quarta unius horae producit unum gradum caliditatis intensive et entitative per totum et in secunda quarta tantum et in tertia tantum et in quarta similiter tantum, B vero in primo pedali unius quadrupedalis produceret similiter unum gradum caliditatis entitative et intensive in prima quarta horae, et in secunda quarta in secundo pedali tantum produceret, et in tertia in tertio pedali, et in quarta in quarto pedali tantum gradum produceret, tunc sequeretur, quod aequavelociter in illa hora B alteraret quadrupedale sicut A pedale, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela patet facile ex solutione, quia tantum de caliditate entitativ[e] producit B sicut A adaequate. Falsitas consequentis arguitur, quia alteratio ipsius A, qua videlicet alterat suum passum, est velocior alteratione ipsius B, ergo non aequavelociter in illa hora B alterat quadrupedale sicut A pedale. Consequentia patet, et arguitur antecedens, quia intensio, qua A intendit pedale, est velocior alteratione ipsius B, et intensio, qua A intendit pedale, est alteratio, qua A alterat pedale, ergo alteratio, qua A alterat pedale, est velocior alteratione

ipsius B, qua videlicet alterat quadrupedale. Consequentia patet cum minore: non enim, ut suppono, alteratio et intensio distinguuntur. Et maior probatur, quia intensio, qua A intendit pedale, est velocior intensio, qua B intendit quadrupedale, et omnis intensio, qua B intendit quadrupedale, est alteratio, qua B alterat quadrupedale, igitur intensio, qua A intendit pedale, est velocior alteratione, qua B alterat quadrupedale. Et sic patet maior. ¶ Dices et bene concedendo sequelam et negando consequens esse falsum, et ad punctum probationis nego hanc consequentiam: intensio, qua A intendit pedale, est velocior alteratione ipsius B, et intensio, qua A intendit pedale, est alteratio, qua A alterat pedale, ergo alteratio, qua A alterat pedale, est velocior alteratione ipsius B. Arguitur enim in quatuor terminis, deberet enim sic inferri: ergo alteratio, qua A alterat pedale, est velocior intensio quam alteratio ipsius B, vel aliter respondendo ad materiam argumenti poteris secure dicere motum intensiois non esse comparabilem motui alterationis in velocitate et traditate, prior tamen solutio magis placet. ¶ Contra, quia tunc sequeretur, quod velocius alteraret eandem resistantiam unum pedale uniformiter calidum ut quatuor quam unum aliud pedale infinite calidum uniformiter sine aliqua contrarii permixtione, sed consequens videtur manifeste falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequentis relinquatur nota, et arguitur sequela: et pono, quod in uno pedali, quod sit A, in quaelibet parte proportionali inducantur 4 gradus caliditatis, non tamen per totum, sed in parte proportionali ipsius A correspondente parti proportionali temporis ipso A et tempore proportione dupla divisus. Pono tamen, quod in ea proportione, qua una pars proportionalis est minor altera, minus in tali parte entitative inducatur de caliditate, semper tamen ut 4 intensive in altero vero pedali, puta B, in quaelibet parte proportionali temporis inducatur per totum B medietas caliditatis intensive et entitative, quae in tali parte temporis introducitur in aliqua parte proportionali ipsius A. Quo posito alterent A et B consimilem resistantiam, et sequitur, quod A velocius alterabit eandem resistantiam quam B, et tamen B est infinite calidum uniformiter si[n]e contrarii admixtione, ut suppono, et A uniformiter calidum ut 4, igitur propositum. Minor facile patet ex casu et minor probatur, quia A est in duplo maioris potentiae quam B, igitur in dupla velocius alterat eandem resistantiam quam B. Consequentia patet et arguitur antecedens, quia A habet in duplo magis de forma eiusdem speciei [quam] B, igitur A est in duplo maioris potentiae quam B. ¶ Secundo principaliter arguitur sic: si pars affirmativa quaestionis esset vera, sequ[e]retur, quod quodlibet alterans finitum alterans certam resistantiam infinitam formam entitative in quantulocumque tempore produceret, sed consequens est manifeste falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Probatur antecedens, quoniam quodlibet alterans certam resistantiam infinite velociter adaequate agit in quantulocumque tempore, igitur quodlibet alterans finitum certam alterans resistantiam infinitam formam entitative in quantulocumque tempore producit. Probatur antecedens, quia si non detur illud et sit A calidum uniforme per totum in forma entitative, quod alterat B passum certe resistantiae per horam. Et arguitur sic: A infinite velociter agit in illa hora adaequate alterando B passum, igitur propositum. Probatur antecedens: et volo, quod A tangat B passum, et dividatur ipsum A per partes proportionales proportione dupla minoribus versus B passum terminatis, et arguitur sic: prima pars proportionalis ipsius A aliquantulum agit in hora adaequate in B passum, et secunda tantum vel magis, et tertia tantum vel magis quam secunda et sic consequenter, et sunt infinitae [partes], ergo sequitur, quod infinita est actio in illa hora adaequate. Consequentia patet, et

235

De motu alterationis quo ad causam

Probatur maior & dividitur in duas partes. Proportionalis ipsius a. in duas medietates & arguo sic scda pars proportionalis ipsius a. est equalis in pona medietati pme remota ab. passo & est plus q. i duplo melius applicata ipsi b. passo q. medietas pme remota a b. passo & ipsa scda pars proportionalis est equalis in pona medietati pme ppropinquior ipsi b. passo & est i duplo melius applicata ipsi b. passo q. ipsa medietas pme ppropinquior agentis & totalis actio pme ppropinquior ipsi b. passo agit in b. passu in eodem tpe q. pma qd fuit probandum qm eodem argumento probabis tertia plus agere in b. passu in eodem tpe q. scda & tertia q. tertia & sic pter probatur tertia plus hanc q. i ea proportione q. aliqd agens ppropinquior eidem passo in ea velocitate agit ceteris paribus. ¶ Dices & bene negando sequela & ad probationem negando ahs & cu probatur admittit casus de ipso a. & negat ahs. & ad probationem dico pmo q. minor est dubia qm possibile est q. b. passu sit ultra spheram actuitatis medietatis remotioris pme partis proportionalis a. Erat ei q. b. passu sit infra ambitu actuitatis totius a. agens & tunc sit ultra spheram actuitatis certe partis ipsius a. ita q. talis pars non habeat ibi actionem p se. Dico scdo q. esto q. vira q. medietas pme partis proportionalis ipsius a. sufficiat agere p se in ipso b. ad huc negat pna & ad probationem negat ppropinquior ibi assumit vcs q. in ea proportione q. aliqd agens ppropinquior eidem passo in qd sufficit agere in ea velocitate agit ceteris paribus q. tunc sequitur q. in infinitu velocius in eodem tpe ageret agens immediate passo q. distans a passo cu in infinitu sit ei ppropinquior qd est manifeste falsus: q. tunc sequitur ignem subito calescere aqua sibi pproxima inducendo in eam tota caliditate nata induci ab ipso igne. Nec vult dicere q. cu aliqd agens distans ab aliq. passo pproxima ei non in infinitu melius applicat ei scdm quolibet ei punctu s. p precise scdm vnu punctu. ¶ 2. volo q. codenset vnu agens ita q. in quilibet parte proportionali tps efficitur i duplo ppropinquius scdm se & quilibet ei punctu ipsi passo q. in parte immediate pcedenti et tunc si illa ppropinquior vera ageret illud agens in illo tpe infinita velocitate qd est falsus q. e. agens finitu agens i resistentia. ¶ Itē si sic pproximari resistentie ageret infinite velocius ageret i sibi equalē resistentia & in infinite magna quod est impossibile.

Dicitur .

Dicitur i

Sed ptra q. aliquod alterans finitum sufficit agere finitum velocitate adeqte i hora quilibet pte ei proportionali tps agere pna pma rōe ppropinquior: igit solutio nulla. Probatur ahs & signo a. alterans ei b. passus sicut i pproximo casu manifestu est ex solutio q. scda pars proportionalis minus agit q. pma vel aliq. sequens q. immediate pcedens ea & hoc ppter defectu forme: volo igit q. tps de forma addat scde pti proportionalis quovis tps sufficit agere in b. passu sicut pna adeqte in hora i eadem distantia in q. se hnt ad b. passu. & manifestu est q. scda pars proportionalis non hnt de forma sicut pma si ei tps haberet (cu sit in duplo ppropinquior) plus ageret qd est casus. ¶ Habebat igit pma i f. proportio plus de forma q. 1. & pono q. tertia tps addat de forma quovis scda habeat precise in f. proportio plus de forma q. ipsa tertia & sic addatur cuilibet sequenti de forma taliter q. in f. pportione minus habeat de forma q. immediate pcedens. ¶ Quo posito a. agit infinita velocitate i hora in b. passum et est finitum finite habes de forma igitur aliquod alterans finitum sufficit agere infinite velocitate in hora adequate & c. quod fuit probandum. ¶ Patet consequentia cu minore quia forma

ipsius a. agentis componitur ex infinitis continuis se habentibus in pportione f. finita descendendo v. pater ex casu. Et maior probatur quia scda pars proportionalis agit tantu adequate in b. passum quantum pma q. in f. proportioe habet minus de forma et est in duplo ppropinquior ipsi b. passo igitur tertia pars proportionalis tantu agit adequate quantum secunda & quarta quantum tertia & sic consequenter & psequens a. agit infinita velocitate in hora in b. passum quod fuit pbandum. ¶ His patet ex casu cō sequentia probatur quia si secunda pars proportionalis tantu agit in b. passum sicut pma eo q. in f. proportioe minus habet de forma q. pma et est in duplo ppropinquior b. passo: sequit eadem ratione cum tertia habeat in f. proportioe minus de forma q. secunda et sit in duplo ppropinquior b. passo q. secunda q. ipsa tantu adequate agit i hora in b. passum sicut secunda. Et sic in pbabis de quibuscunq. duabus immediatis. ¶ Dices & bene negando ahs & ad probationem admissio casu negando iteru ahs et ad probationem negatur maior & cu pbatur negatur ahs vcs q. id secunda tantu agit quantum pma quia habet in f. minus de forma q. pma et est i duplo ppropinquior b. passo. ¶ Hō est illa est causa quare secunda tantu agit in b. passu quantum pma s. q. in tali distantia tantu pportioe habet secunda ad b. passum quantum habet pma ad idē b. passum. ¶ Hā illa causalis est falsa. Tu primo ppter causam dicitur scdo q. illa nō est bona pna. nam cu in infinitu modicu de forma habet aliqua pars proportionalis: deveniendū est ad aliquā partē pportionalē ipsius a. agentis que non agit in b. cu ad ipm habeat pportioe equalitatis vel minoris inequalitatis & tunc illa pars est in duplo ppropinquior ipsi b. passo q. pars immediate pcedens & h. in f. proportioe minus de forma. Et in hoc consistit solutio replice q. vcs deveniendū est ad aliquā partem pportionalē q. nullo mō sufficit p se agere in b. passu s. habet ad illud pportioe minoris inequalitatis.

Sed cōtra et pono q. secunde parti pportionalis ipsius a. alterans addatur de forma quo vcs agit tps i b. passu sicut pna adeqte: & sicut tps addat tertia de forma q. tantum agit in b. passu sicut pma & quartē. & ante: sic pter ita q. quilibet sequens agit tps sicut pcedens. ¶ Quo posito sic arguit a. agit infinite velocius in b. passum v. patet ex casu a. est finitum alterans hoc est habes finitu de forma adequate igit aliqd alterans finitu hnt finite de forma adeqte alterat infinite velocius certam resistentia qd est negatu. ¶ Probatur minor q. secunda pars proportionalis habet minus de forma q. pma adequate et tertia minus q. secunda & quarta q. tertia & sic consequenter: igit totalis forma ipsius a. alterans est finita. ¶ Patet ista consequentia: q. forma totalis ipsius a. vni certe parti date nō habet infinitas equales non cōcantes. ¶ Probatur tamē antecedens. quia si secunda habent tantum sicut pma vel plus cum sit ppropinquior sequeretur q. plus ageret q. pma, sed consequens est falsum & contra casum igitur et antecedens. Et sic probabis de quibuscunq. immediatis. ¶ Et confirmatur quia si disto esset vera sequeretur q. quodlibet alterans finitum alteraret certam resistentiam infinita tarditate s. hnt est finitū: igit illud ex q. sequitur. Sequela pbatur q. si nō signet illud t. hnt a. & arguo sic a. agit i finitū tarditate: igit ppropositu. ¶ Arguē ahs & volo q. in casu sup. posito b. passu dividat p partes ppos

Confir. i

71

probatur maior: et divido primam partem proportionalem ipsius A in duas medietates, et arguo sic: secunda pars proportionalis ipsius A est aequalis in potentia medietati primae remotiori a B passo, et est plus quam in duplo melius applicata ipsi B passo quam medietas primae remotior a B passo, et ipsa secunda pars proportionalis est aequalis in potentia medietati primae propinquiori ipsi B passo, et est in duplo melius applicata ipsi B passo quam ipsa medietas primae propinquior agentis, et totalis actio primae partis proportionalis componitur ex actionibus suarum medietatum, igitur secunda pars proportionalis plus agit in B passum in eodem tempore quam prima. Quod fuit probandum, quoniam eodem argumento probabis tertiam plus agere in B passum in eodem tempore quam secunda et quartam quam tertia et sic consequenter. Probatur tamen consequentia per hoc, quod in ea proportione, quae aliquod agens est propinquius eidem passo, in ea velocius aget ceteris paribus. ¶ Dices et bene negando sequelam et ad probationem negando antecedens, et cum probatur, admittitur casus de ipso A, et negatur antecedens, et ad probationem dico primo, quod minor est dubia, quam possibile est, quod B passum sit ultra sphaeram activitatis medietatis remotioris primae partis proportionalis A. Stat enim, quod B passum sit intra ambitum activitatis totius A agentis, et tamen sit ultra sphaeram activitatis certae partis ipsius A, ita quod talis pars non habeat ibi actionem per se. Dico secundo, quod esto, quod utraque medietas primae partis proportionalis ipsius A sufficiat agere per se in ipsum B adhuc, tamen negatur consequentia, et ad probationem negatur propositio, quae ibi assumit videlicet, quod in ea proportione, qua aliquod agens est propinquius eidem passo, in quod sufficit agere, in ea velocius agit ceteris paribus, quia tunc sequeretur, quod in infinitum velocius in eodem tempore ageret agens immediatum passo quam distans a passo, cum in infinitum sit ei propinquius, quod est manifeste falsum, quia tunc sequeretur ignem subito calefacere aquam sibi proximam inducendo in eam totam caliditatem natam induci ab ipso igne. Nec iuvat dicere, quod cum aliquod agens distans ab aliquo passo approximatur ei, non in infinitum melius applicatur ei secundum quemlibet eius punctum, sed praecise secundum unum punctum. Quia volo, quod condensetur unum agens, ita quod in qualibet parte proportionali temporis efficiatur in duplo propinquius secundum se et quodlibet eius punctum ipsi passo quam in parte immediate praecedenti, et tunc si illa propositio esset vera, ageret illud agens in illo tempore infinita velocitate, quod est falsum, quia est agens finitum agens in resistantiam. Item si sic approximatum resistantiae ageret infinite velociter, ageret in sibi aequalem resistantiam et in infinite magnam, quod est impossibile.

Sed contra, quia aliquod alterans finitum sufficit agere infinita velocitate adaequate in hora qualibet parte eius proportionali tantum agente, quantum prima ratione propinquitatis, igitur solutio nulla. Probatur antecedens: et signo A alterans et B passum sicut in priori casu, et manifestum est ex solutione, quod secunda pars proportionalis minus agit quam prima, vel aliqua sequens quam immediate praecedens eam, et hoc propter defectum formae, volo igitur, quod tantum de forma addatur secundae parti proportionali, quousque tantum sufficiat agere in B passum sicut prima adaequate in hora in eadem distantia, in qua se habent ad B passum. Et manifestum est, quod secunda pars proportionalis non habet tantum de forma sicut prima. Si enim tantum haberet, (cum sit in duplo propinquior), plus ageret, quod est contra casum. Habeat igitur prima in F proportione plus de forma quam 2, et pono, quod tertiae tantum addatur de forma, quousque secunda habeat praecise in F proportione plus de forma quam ipsa tertia, et sic addatur cuilibet sequenti de forma taliter, quod in F proportione minus habeat de forma quam immediate praecedens. Quo posito A agit infinita velocitate in hora in B passum, et est finitum finite

habens de forma, igitur aliquod alterans finitum sufficit agere infinita velocitate in hora adaequate et cetera. Quod fuit probandum. Patet consequentia cum minore, quia forma | ipsius A agentis componitur ex infinitis continuo se habentibus in proportione F finita descendendo, ut patet ex casu. Et maior probatur, quia secunda pars proportionalis agit tantum adaequate in B passum quantum prima, quia in F proportione habet minus de forma et est in duplo propinquior ipsi B passo, igitur tertia pars proportionalis tantum agit adaequate quantum secunda, et quarta quantum tertia et sic consequenter, et per consequens A agit infinita velocitate in hora in B passum. Quod fuit probandum. Antecedens patet ex casu, et consequentia probatur, quia si secunda pars proportionalis tantum agit in B passum sicut prima eo, quod in F proportione minus habet de forma quam prima, et est in duplo propinquior B passo, sequitur eadem ratione, cum tertia habeat in F proportione minus de forma quam secunda, et sit in duplo propinquior B passo qu[am] secunda, quod ipsa tantum adaequate aget in hora in B passum sicut secunda. Et sic in probabis de quibuscumque duabus immediatis. ¶ Dices et bene negando antecedens et ad probationem admissio casu negando iterum antecedens, et ad probationem negatur maior, et cum probatur, negatur antecedens, videlicet quod ideo secunda tantum agit quantum prima, quia habet in F minus de forma quam prima, et est in duplo propinquior B passo. Non enim illa est causa, quare secunda tantum agit in B passum quantum prima, sed quia in tali distantia tantam proportionem habet secunda ad B passum, quantum habet prima ad idem B passum. Nam illa causalis est falsa. Tu[m] primo propter causam dictam, tum secundo, quia illa non est bona consequentia: nam cum in infinitum modicum de forma habet aliqua pars proportionalis, deveniendum est ad aliquam partem proportionalem ipsius A agentis, quae non agit in B, cum ad ipsum habeat proportionem aequalitatis vel minoris inaequalitatis, et tamen illa pars est in duplo propinquior ipsi B passo quam pars immediate praecedens, et habet in F proportione minus de forma. Et in hoc consistit solutio replicae, quod videlicet deveniendum est ad aliquam partem proportionalem, quae nullo modo sufficit per se agere in B passum, sed habet ad illud proportionem minoris inaequalitatis.

Sed contra, et pono, quod secundae parti proportionali ipsius A alterantis addatur de forma, quo usque agat tantum in B passum sicut prima adaequate, et similiter tantum addatur tertiae de forma, quod tantum agat in B passum sicut prima, et quartae et quintae et sic consequenter, ita quod quaelibet sequens agat tantum sicut praecedens. Quo posito sic arguitur: A agit infinite velociter in B passum, ut patet ex casu, et A est finitum alterans, hoc est habens finitum de forma adaequate, igitur aliquod alterans finitum habens finite de forma adaequate, alterat infinite velociter certam resistantiam, quod est negatum. Probatur minor, quia secunda pars proportionalis habet minus de forma quam prima adaequate, et tertia minus quam secunda, et quarta quam tertia et sic consequenter, igitur totalis forma ipsius A alterantis est finita. Patet ista consequentia, quia forma totalis ipsius A uni certae parti datae non habet infinitas aequales non coni[i]cantes. Probo tamen antecedens, quia si secunda habent tantum sicut prima vel plus, cum sit propinquior, sequeretur, quod plus ageret quam prima, sed consequens est falsum et contra casum, igitur et antecedens. Et sic probabis de quibuscumque immediatis. ¶ Et confirmatur, quia si quaestio esset vera, sequeretur, quod quodlibet alterans finitum alteraret certam resistantiam infinita tarditate, sed consequens est falsum, igitur illud ex qui sequitur. Sequela probatur, quia si non, signetur illud et sit A, et arguo sic: A agit infinita tarditate, igitur propositum. Arguitur antecedens: et volo, quod in casu superius posito B passum dividatur per partes proportionales

236

Quarti Tractatus

tionales pportioe dupla minorib? d'fus a. alteras terminatis r argf sic b. resistit infinitre ipsi a. p'one flante igit a. alterat infinitra rarditate. p'robaf a'ns qz p'ma ps pportioalis ip'ius b. aliquantulu resistit ipsi a. r scda tm r tertia tm sicut scda r sic p'nter g b. resistit infinite ipsi a. p'robaf a'ns qz scda pars pportionalis est in duplo minor q' p'ria r est in duplo p'pinqoz ipsi ageti q' p'ma g' raru resistit sicut p'ima Et sic probabis q' tertia tm agit sicut scda r sic co' sequeter. p'atet igit antecedens.

Tertio p'ncipaliter arguitur sic Si q'stio eet vera seq'ref aliquod alteras equevelociter alterare parte remota alicui? resistetie sicut parte p'pinqua p'ns est falsuz cu' o'e agēs naturale veloci? agat in remotu q' in p'pinquū igit illud ex q' sequit' Seq'la p'bat r pono q' alteras a. alteret resistetiaz b. ita diffozme q' in ea pportioe in qua pres fut minus apte ad susceptioe actionis p'opt' distantia in ea pportioe habeat minus de resistetia ita q' a. ad quodlibet p'ictu' ip'ius b. resistetie habeat eadez pportioe. Quo posito argf sic a. alteras eq' veloci? agat in parte remota ip'ius b. resistetie sicut in parte p'pinqua igit p'p'ositu' q' a'ns qz ex casu ab equali p'portioe agit i remotu r in p'pinquū Rec vale: dicere sicut dicit petrus matuan? in suo tractatu de primo r ultimo ins'anti no' admittedo casu v'z q' taliter sit v'abilis aliqua resistetia diffozmis q' ad quilibet p'ictu' et agens eque veloci? agat qz manifestu' est q' ab aliqua pportioe agit in c'p'u' cu' remotu' minor q' sit pportio a q' agit in p'ictu' p'pinquoze pono igit q' ad punctu' sic remittatur resistetia quov'qz pportio a. ad illu' punctu' c. sit equalis pportioe ip'ius a. ad punctu' p'pinquoze r tunc manifestu' est q' eque veloci? agat in remotu' sicut in p'pinquū p'osset etiā p'bari q' ad punctu' p'pinquoze addedo resistetia p'p'iquozi p'ictu' quo v'qz a. haberet tanta pportioe ad illu' p'ictu' p'pinquoze sicut ad c'p'ictu' remotioze. Et ideo aliter dices et bñ co'cededo sequela qm' illud no' est inconueniens v'modo resistetia sit diffozmis imo fiat ali quod agēs agere in re motu r no' in p'pinquū quado v'z p'pinquū no' est susceptiu' actionis r remotu' est susceptiu' s'p'r cu' ad remotu' h'z pportioe maioris inequitatis ad p'p'iquo' pportioe equalit'.

Petr' d' matua in tractatu de pmo r ultimo l' stant.

Dicitur.

Sed contra qz aliquod alteras agēs in passum vni'forme eque veloci? alterat remotu' sicut p'pinquū igit solutio nulla. p'ro deductioe argumētū suppono tria: p'rimu' q' o'e luminosum per maiorē distantia agit latitudine sui luminis i medio rariozi q' in medio minus raro. Secudu' q' o'e luminosum in medio vni'formi saltem vbi reflexio no' est impedimento p'ducit tota latitudine sui luis a gradu sub quo est v'qz ad no' gradu. Tertiu' q' q'libet luminosū p'ducēs lumē suū in medio vni'formiter pportioabiliter sicut fit maioris potētie ita agit p'ma toze distantia q'lib' supposito p'ono a. luminosū v' 4. p'ducere lumē i b. mediu' pedale vni'forme i raritate a q' r'os'os ad no' q'dū vni'formit' diffozmiter deide augeat a. in p'ona p' mēssione fut ad duplū puta ad octauū medio manēte iuariato. Quo posito arguit sic a. luminosū tm lumē p'ducit i p'ictu' sibi p'rimo ip'is? b. mediu' vni'formis q'tū in p'ictu' remoto igit p'positu' p'robaf a'ns qz a. luminosū scia tali intensioe p'ducit lumē vni'formiter diffozme ab. s. v'qz ad no' gradu v' p' ex scdo supposito r. 4. gradus luis adeq'te p'ducit in p'ictu' sibi p'rimo supra gradus hitos a'ns talē intensioe r. 4. et gradus i p'ictu' in q' a'ns intensioe lūio'is erat no' gradus luis igit

Capitulum primum

